



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXXIX. Markgraf Ludwig der Römer bestätigt dem Kloster Marienwalde alle von seinen Vorfahren verliehene Besitzungen und Befreiungen, am 30. September 1354.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

nunciantes etc. In cujus etc. presentibus Wanthsleve, Nic. Kokeritz, Petro de Bredow, Ottone de Sliwen, Gunthero de Guntersberg, Johanne de Wedel, Thiderico et Ottone Morner cum ceteris. Datum Arnswolde, Anno MCCCLIV. in die sancti iheronimi.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 77.

XXXIX. Markgraf Ludwig der Römer bestätigt dem Kloster Marienwalde alle von seinen Vorfahren verliehene Besitzungen und Befreiungen, am 30. September 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. honorabilibus viris et religiosis fratribus Abbati et conventui Marienwolde, ordinis cisterciensis, Caminensis dioeceseos, devotis nobis dilectis, omnia et singula privilegia, literas, gracias, donaciones, jura, immunitates et libertates, ipsis ab illustribus principibus predecessoribus nostris quondam marchionibus brandenburgensibus divine recordacionis, et specialiter a dilecto fratre nostro domino Ludovico indulta et indultas approbamus, ratificamus et presentibus literis confirmamus, volentes ea et eas in sui roboris firmitate jugiter permanere mandantes quoque obinde omnibus et singulis nostris officiatis advocatis, equitatoribus terrarum nostrarum et eorum substitutis presentibus et qui pro tempore fuerint, ut nullus eorum contra presentem confirmacionem nostram quicquam facere debeat, audeat vel presumat vel attemptet, sicuti nostram ingratitudinem voluerit evitare. In cujus etc. presentibus Wanthsleven, Arxleven, Kockeritz, Petro de Bredow, Ottone de Sliwen, Gothfrido Kotebuz, Guntersberch, Ottone Mornero et preposito Bernowenfi. Datum Arnswolde, anno MCCCLIV. die iheronimi.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 76.

XL. Markgraf Ludwig der Römer vereignet der Stadt Arnswalde noch acht Hufen in Sammenthin, am 4. Oktober 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. dedimus, damus et solempniter donacione donamus per presentes prudentibus viris consulibus civitatis nostre Arnswolde, presentibus et futuris, fidelibus nostris dilectis, et civitati eiusdem VIII mansorum proprietatem sitorum in villa Szammentin, pro quibus nobis IV marcas denariorum levium erogarunt, quos quidem mansos cum omni usufructu, commodo, honore et summarie cum omni iure, quibus predictis consulibus prius eciam contulimus quosdam mansos, sicut in literis predictis nostris et privilegiis de super confectis plenius continetur, debebunt in perpetuum pacifice iusto proprietatis titulo possidere. Benunciantes etc. presentibus Henrico de Wedel, Haffone de Valkenburg, Johanne de